



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Orator Christianvs Caroli Regii E Societate Iesv

Reggio, Carlo

Romæ, 1612

Argumenta ex locis Theologicis. cap. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68672](#)

quia filius honorat Patrem, & seruus timet Dominum. Hieb In 13. Io.
ron. Timere seruorum est, diligere filiorum. Exemplum quarti: Gal. 5.
Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis, nam caro
concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.
Hieron. loquens de Deo: Non tam laudandus qui te amat, quā Epif. ad
febus si putetur facere, qui te non amat. Exemplum quinti Flōr. I.
ex D. Petro, Redempti estis precioso Christi sanguine, ergo non
auro vel argento. A repugnantibus Gal. Si adhuc hominibus A repugnan-
placere, Christi seruus non essem. Sap. in malevolam animā
non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito pecca-
tis: Luc. Nemo potest duobus dominis seruire. Ambr. Quod Gal. I.
etiam omnes barbari horrere consueuerunt inter epulas, & cō
uiua consumanda crudelitatis profertur edictum à conuiuio
ad carcerem, à carcere ad conuiuum feralis flagiti circum-
fert obsequium. & infert. Quid crudelitati cum delicijs,
quid cum funeribus voluptati? rapitur ad pœnam Prophēta
conuiuali tempore, conuiuali præcepto.]

Argumenta ex locis Theologicis. Cap. VI.

P Reter locos Topicos communes Oratori Christiano cum
alijs, habet nostra Theologia, & scripture reuelata quoſa
dam alios proprios, ex quibus argumenta eruimus magis ac
commodata rebus sacris, quas ad populum in concionibus tra
bare solemus. Hos etiam ap̄eriam; Ac primum afferam eos locos, qui argumenta continent sumpta ex testimonij, & anthro
ritate pr̄fertim diuina, quos vocari diximus artis expertes, & assumptos extrinsecus.

Inter hos Primus locus est testimonij diuinarum literarum, Scriptura te
qua est authoritas Dei, qui cum sit summā sapientia, & boni stimouia
tas summa, nec falli, nec fallere potest, & hoc genus probatio
num est, cui maximē omnium nostrarum concionum confirma
tio innititur: Imo & fides ipsa Christianorum, apud quos plus
virium habere debet sola Dei authoritas, quam omnium ra
tionum naturalium momenta. Hac vocat Paulus arma militie 2. Cor. 10.

nostra, non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem mun
itionum, & in captiuitatem redigentia omnem intellectum in
obsequium Christi. Cum autem sciamus scripturam sacram
duplicem sensum habere, mysticum, & historicū. Primum qui
dem ad instituendum, ad corrigendum, ad consolandum utilis
est, non tamen ita ad docendum, & ad stabiliendum aliquod

S dogma

dogma de fide, ita est accommodatus ut historicus, nisi certoster, sensum illum mysticum à Spiritu sancto intentum esse, quod constare potest si consulamus doctrinam Ecclesie, & alios scripturæ locos, quibus interdum explicatur sensus spiritualis aliquius loci ut Paul. explicauit illud non alligabis os bouriaturanti, & ad Romanos afferit illud. Psalmi. In omnem terram Rom. 10. exiuit sonus eorum, quo loco cum David de Cœlis loquatur, ego inde Apostolorum predicationem per totum orbem dilatatam probabo, quia in hunc finem à D. Paulô usurpatum ex historico firmum, & certum argumentum sumitur, modo ille sensus, Ecclesiæ sensui, & interpretationi consonus fit, Hoc erit diligentia Concionatoris, ut ad demonststrandam, & confirmandam quæ dicit habeat semper testimonia ex scripturis solidâ, expressâ, efficacia, ex quibus urget, vim sumendo ex vocibus, & phrasibus ipsius scripturæ, & modo loquendi ex antecedentibus, & consequentibus verbis, saepe enim ex his rebus circunstantibus argumentum sumit magnam vim ad probandum, & fidem faciendum, sed de hoc primo loco, multa inferius agemus.

Secundus locus est Traditionis qua parem habet autoritatem. Lib. de Spi tem cum literis sacris, ut docet Bas. dogmata ait nostra religione sive scripto, sive verbo ad Ecclesiam pertinenterint parvum authoritatis, & Concil. Trident. Traditiones Ecclesiasticas pari pietatis affectu aq[ue] referentia cum libris sacris suscepimus. 2. Thess. 2. re lac venerari debemus. & Paul. Tenete traditiones quas accipistis sive per epistolam, sive per sermonem, Et sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis, in quæ verba ait Theophilactus. Perspicuum fit quod haud pauca, quæ literis non mandauerint tradiderint, & ipse, & reliqui Apôstoli. Loquor autem principali de traditionibus ab Universali Ecclesia receptis, licet etiam singularum Ecclesiarum traditiones possint à Cōcionatore affirmari, & habent suam probandam vim, non tamen ut rem de fide faciant, sicut uniuersales, & Apostolicae. Siquidē Apostoli multa quæ à Christo acceperunt, ac diuini sunt iuriis Ecclesie tradiderunt, in quibus Ecclesia liberè statuere, & ut aiunt dispensare non potest, ut quæ ad Sacra menta pertinent. Alia ipsi à Iher tradiderunt, ut est quadragesimale iejunium, trina immersio in Baptis. &c. Ex his ergo noster Cōcionator argumentum sumit, quibus probet aliquid, & studeat ita proponere ut populus magna veneratione habeat antiquas Ecclesiæ traditiones, contra nostri temporis hæreses, sic Paulus saepe commendat: So quis

quis aliter docet, & non h[ab]cquiescit sanctis sermonibus, (& non dicit, scripturis,) superbus est nihil sciens & languens circa qualiones, & pugnas verborum. Item si quis evangelizat propter id quod accepistis, anathema sit, & alibi argumentum sumit ex traditione, b[ea]cum enim ratione naturali, & testimonio probasset feminam non debere orare aperto capite, subdit, si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem nichil habemus, neque Ecclesia Dei. 1. Cor. 11.

Textus locus est Ecclesia uniuersalis authoritas & consensus. Nomine Ecclesia intelligo uniuersum fideliuum eorum, Ecclesia aqua dicitur Catholica, tum ratione temporum plibus Ecclesia idem credidit, tum ratione locorum in quibus Christiana religio diffusa est, cum eadem ybique eredant omnes Christiani. Etiam nomine Ecclesia intelliguntur omnes Pralati, & Pastores singularium Ecclesiarum, qui representant ipsam Ecclesiam, ut magistratus Civitatem. Ex hoc loco firmum potest dici argumentum ad improbadum aliquid cum Ecclesia sententiam affirmans quaindpsa, ut de fide habet, ac proponit. Et inititur vis argumentorum quae ex hoc loco de lumentur, 1. Thom. 3.

eo quod v. D. Paulus assertit. Ecclesia est columna, & firmamentum veritatis, cuius fides non potest deficere. Habet enim Christi predicationem, Ecce ergo vobiscum sum usque ad confirmationem seculi, & Spiritus Sancti presentia, sicut promisum est, aliam patratulum dabit vobis, ut maneat vobiscum in eternum, & Petro, ac successoribus diegitur, Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam; & porta inferi non proualebit aduersus eam. Ecclesia est Corpus Christi, & sub tali capite, non potest deficere. Est sponsa Christi, adulterari non potest (De simplic. prel. sive de unitate Ecclesie.
ait Cyprinus) sponsa Christi incorrupta est, & pudica: & subdit: Non potest habere Deum Patrem, qui non habet Ecclesiam Matrem. Romani Pontificis authoritas.

Quartus locus: Summi ac Romani Pontificis authoritas, qui cum ex munere suo aliquid statutus ac definit, sive ad fidem pertineat, sive ad mores, errare non potest, ac proinde argumenta firmissima sumimus ex hoc loco, pender enim vis eius ex Christi verbis, qui Petro tanquam suo Vicario, & successore in officio dixit: Pasc oues meas, & agnos meos; & Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, & tu ali quando conuersus, confirmas fratres tuos. Orator Christianus habet in lute Canonico multa, quibus veratur in confirmationem eorum, quae ad fidem, ac mores referuntur, ex Pontifice.

S 2 cum

1. Tim. 6.
Gal. 1.

Matt. 28.

Ioan. 14.

Ioan. 21.

cum Decretis, & Canonibus sacrīs. Et optimum esset, si colligeret ea, quae ad praxim tendant, ad bonū régimen animarū, quae cum summa reverentia Sedis Apostolice debet proponere, cū ex uno articulo primatus Romana Ecclesia pendeat Christiani populi tranquillitas, & fides sincera, primitū quod nostris temporib⁹ experti sumus, quād multe existentesque hæreses sint obortæ in omnib⁹ fere Religionis Catholicae dogmatib⁹ per vnam, quād sator zizaniorum primo loco disseminauit contra Primum, & autoritatem Summi Pontificis.

Concilia.

Quintus locus est Sacrorum Conciliorum, quorum testimonia ad corroborandas Conciohes, & ornandas egregie afferuntur. Innumera sunt que inde possimus excerpere, tūm ad explicanda fidei nostre mysteria, de quibus sāpē agitur, tūm ad morum institutionem, & reformationem, de quo multe habentur Decrēta Conciliorum. Loquor autem de Conciliis Generalibus legitimè congregatis, & à Sede Apostolica confirmatis. Provincialia etiam multa habent, que maximè utilia erunt, si afferantur in sua præfertim prouincia, ad mores corrigendos, sed non habent eam viam, quād vniuersalia, nō accesserit Apostolica Sedis authoritas. Vis autem argumentorum, quæ ex hoc loco dicuntur ea est; tūm quia Concilium Thom. 3. representat Ecclesiam, quād diximus cum Paulo esse columnam, & firmamentum veritatis; tūm quia Christus dixit: Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum; tūm quia ad eum Spiritus sanctus, unde dicitur: Vbi sum est spiritui sancto, & nobis.

Act. 15.

Alij loci eiusdem generis. Cap. VII.

Sæpi Patres.

Sextus locus est authoritas Sanctorum Patrum, & quidem si afferatur testimonium de re aliqua naturali, seu philosophica tantum habet momenti, quantum ratio naturalis vnius aut duorum probabile reddit argumentum non omnino firmum, quod nec repudiari omnino debet, nec pro certo affuerari; plurimum etiam, vbi alij aliud doceant, non facit indubitaram probationem. Si autem sit consensus penē omnium concors, non potest verti in dubium; & hoc magis si de Scriptura sententia exponenda sit sermo, ideoque Concilium Tridentinum prohibet, ne quis contra vñanimem consensem Patrum

Sæff. 4.